Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67093-p0001-8

ter, facto in opus exime, Vice Cancellario Veſtrimamaniſſimo Gudolin

Qvæſitâ Sapientiâ Divinâ
PROCANCELLARIUS,
QVIRINUS Schacher/ LIPSIENSIS, PHIL. & U. J. D. FACULT. JURID. SENIOR,

OMNES

Incluto Ordini JCtorum Lipſienſi

faventes beneqve cupientes

præviâ ſalutatione ad conſvetum

PRÆSENTATIONIS
actum

M. AMADEI Eckholtens/
VVelſio-Auſtriaci,

Juris Candidati,

honorificè inſtitutum & in Petrino Collegio die XVI. Februarii Mercurii proximo horâ III. pomerid. ſolenniter peragendum,

invitat.

QVanqvam vel unica illa regula communiſſima: Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: ad expendenda & ponderanda negotia Prætoribus atq; Judicibus ſufficiens foret, aut uberiorem materiam & ideam ampliorem deſiderantes, ſi vel ad normam Iſraëlitico Magiſtratui in literis ſacris prudenter ſatis præſcriptam, eſſent recurſuri, litigia ibi decidenda invenirent, optimè & maximè qvum Directore Deo, Sapientiſſimo omnium rerum Ordinatore atq; Nomotheta haud dubiè unicô nihil juſtius, nihil legalius, nihil ornatius, aut comtius excogitari poſſit, adeò, ut Plato, licèt Ethnicus, lib. 4. de L. L. non minùs ſcitè, qvàm ſapienter dixerit: Eam demum Rempublicam felicem eſſe, qvæ à Deo regatur: Attamen totâ die ad ſtuporem usq; videmus magnâ contentione & ſtudiò indefeſſò penè omnem populum ad Jurisprudentiam Romanam, velut ad ſacram anchoram confugere, eamq; pro verò Helycone aut Cynoſura enixè venerari. Qvis eſt, qvi non Qvirites pro Legislatoribus excellentiſſimis agnoſcat? Hiſpani, Galli, Angli, Scoti, Dani, Itali, Sveci & Poloni ad unum omnes: Immò Turcarum Solimannum Codicem noſtrum Juſtinianeum in qvô excellentiores Conſtit. Imppp. Romanorum ab Hadriano 14. usq; ad Juſtinianum 89. in ordine radiant, in ſuam lingvam transferri curâſſe, neminem facilè latebit. Qvod ipſum oculatus teſtis, cui plus fidei meritò, qvàm decem auritis, attribuitur, loqvitur Johannes Leunclaius in præfat. ſuor. parat. antiq. qvæ Græcè ſcripta edidit Latinè, utcunq; diſſenſerit Nicol. Vigel. excellentis. JCtus. Num ideò, qvòd, teſte Duar. in præfat. ff. Syntagma Juris Romani ſit omnis æqvitatis, juſticiæ, doctrinæ & eruditionis receptaculum ac veluti qvidam precioſus Theſaurus; Vel qvòd ex recoctis, totiens & ad Prudentiæ Solem reiteratis Correctionibus Illum tandem qvintam qvaſi eſſentiam feliciſſimè extraxerint; Vel jura Romanorum præceptis Moſaicis qvaſi præſtantiora, æqviora & melіora viſa fuerint; Vel, qvòd ſublatis Ceremoniis Judaicis, ſuperveniente JESU CHRISTO Meſſiâ promiſſo, etiam Moyſes cum ſuis Illis forenſibus exulare juſſus, vel infallibili Danielis teſtimonio de qvarta Romanorum Monarchia, & ultimo Principatu usq; ad finem Mundi duraturo hinc inde ſingulari fato & providentia divina perennaverint, determinare nolumus, ſubſiſtentes in jure nobis præſcriptô, tot legumlatorum votis probatô, tot Impp. autoritatibus confirmatô, à qvô recedere nobis piaculum eſt. Ac ne qvisqvam in Ordinem JCtorum recipiendus contrarium attentare auſit, tum in profectus, tum in mores ejusdem inqvirere neceſſum eſt. Unde natales ſuos traxiſſe remur actum illum ſolennem, qvem Præſentationis nuncupamus, in qvô Candidatus Juris, ſpeciminibus tum legendo tum diſputando editis, in publicum productus, præviâ commendatione, ad actum diſqviſitionis & examen, qvod rigoroſum vocatur, ne qvisqvam de ipſius eruditione, fide & dexteritate probatâ, anſam dubitandi arripiat. Hiſce perpenſis cùm in actu Panegyrico ad diem Mercurii futurum inſtitutô, Ordini JCtorum cum ſuo Commendatore ſeſiſtet Humaniſ & Literatiſ Dn. M. Amadeus Eckholt/ Welſio-Auſtriacus, decenter & officioſè petiturus, ſibi fores rigoroſi examinis aperiri, adeoq; periculò factò pedetentim Licentiam intrandi ſacrarium & capeſſendi infulam Doctoralem concedi, nihil magis in votis habet Facultas Juridica, qvàm ut hic actus PRÆSENTATIONIS virorum undiqvaq; ſplendidiſſimorum præſentia illuminetur, coboneſtetur q;. Ea propter Magnificum hujus Academiæ Rectorem, Illuſtres & Generoſiſſ. Dnos. Comites à Mansfeldt/ Stolberg & Königsmarck/ ut & Proceres utriusq; Reip. eminentiſſimos, nec non omnium Ordinum. Officiorum, & Dignit. Viros Conſpicuos, florentiſſimamq; ſtudioſorum coronam, eô, qvô par eſt, ſtudio invitat, obnixè contendens, ut ſua negotia, ſtudia & curas, qvibus diſtricti, graviſſima, pauliſper ſeponere, tempore locoq; deſtinatis confluere, atq; hac in parte Ei tantum gratiæ favoris, benevolentiæ & Amoris conferre haut dedignentur. Inſignem hunc favorem incluta Facult. Jurid. grato exoſculabitur animô, & ſicubi occaſionem compenſandi aut retaliandi nacta fuerit, nihil qvicqvam vel operæ vel temporis intermittet, hoc in paribus ubiq; locorum remuneratura. P. P. Domin. Sexag. 1653.

LITERIS BAUCHIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67093-p0003-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-67093-p0005-0

Qvæſitâ Sapientiâ Divinâ

PROCANCELLARIUS,

QV[illegible] LIPSIENSIS, PHIL.

ad conſvetum

PRÆSENTATIONIS

actum

M. AMADEI Eckholtens/
VVelſio-Auſtriaci,
Juris Candidati,

honorificè inſtitutum & in Petrino Collegio die XVI. Februarii Mercurii proximo
horâ III. pomerid. ſolenniter peragendum,
invitat.

QVanqvam vel unica illa regula communisſima: Qvod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: ad expendenda & ponderanda negotia Prætoribus atq; Judicibus ſufficiens foret, aut uberiorem materiam & ideam ampliorem deſiderantes, ſi vel ad normam Iſraëlitico Magiſtratui in literis ſacris prudenter ſatis præſcriptam, eſſent recurſuri, litigia ibi decidenda invenirent, optimè & maximè qvum Directore Deo, Sapientiſſimo omnium rerum Ordinatore atq; Nomotheta haud dubiè unicô nihil juſtius, nihil legalius, nihil ornatius, aut comtius excogitari posſit, adeò, ut Plato, licèt Ethnicus, lib. 4. de L. L. non minùs ſcitè, qvàm ſapienter dixerit: Eam demum Rempublicam felicem eſſe, qvæ à Deo regatur: Attamen totâ die ad ſtuporem usq; videmus magnâ contentione & ſtudiò indefeſſò penè omnem populum ad Jurisprudentiam Romanam, velut ad ſacram anchoram confugere, eamq; pro verô Helycone aut Cynoſura enixè venerari. Qvis eſt, qvi non Qvirites pro Legislatoribus excellentiſſimis agnoſcat? Hiſpani, Galli, Angli, Scoti, Dani, Itali, Sveci & Poloni ad unum omnes: Immò Turcarum Solimannum Codicem noſtrum Juſtinianeum in qvô excellentiores Conſtit. Imppp. Romanorum ab Hadriano 14. usq; ad Juſtinianùm 89. in ordine radiant, in ſuam lingvam transferri curâſſe, neminem facilè latebit. Qvod ipſum oculatus teſtis, cui plus fidei meritò, qvàm decem auritis, attribuitur, loqvitur Johannes Leunclaius in præfat. ſuor. parat. antiq. qvæ Græcè ſcripta edidit Latinè, utcunq; diſſenſerit Nicol. Vigel. excellentis. JCtus. Num ideò, qvòd, teſte Duar. in præfat. ff. Syntagma Juris Romani ſit omnis æqvitatis, juſticiæ, doctrinæ & eruditionis receptaculum ac veluti qvidam precioſus Theſaurus; vel qvòd ex recoctis, totiens & ad Prudentiæ Solem reiteratis Correctionibus llum tandem qvintam qvaſi eſſentiam feliciſſimè extraxerint; Vel jura Romanorum præceptis Moſaicis qvaſi præſtantiora, æqviora & meliora viſa fuerint; Vel, qvòd ſublatis Ceremoniis Judaicis, ſuper-